

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber quartus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM

LIBER QVARTVS,

AD

ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.



U M primū Romam veni, fuitque, cui recte ad te litteras darem, nihil prius faciendum mihi putavi, quā ut tibi absentis de reditu nostro gratuler. 1 cognorā enim, (ut vere scribam) te in consiliis mihi dandis nec fortioem, nec prudentioem, quā me ipsum: 2 nec etiam pro praterita mea in te observantia, nimium in custodia salutis meae diligentem, eundemque te; qui primis temporibus erroris nostri, aut 3 potius furoris particeps, & 4 falsi timoris socius fuisses, acerbissimē discidium nostrum tulisse, plurimumque operę, studii, diligentię, laboris ad conficiendum reditum meum contulisse. itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima lætitiā, & exoptatissima gratulatione unum ad cumulandum gaudium conspectum, ut potius complexum mihi tuum defuisse; quem semel nactum numquam dimiserō: ac, nisi etiam pratermissi fructus tuę suavitatis prateriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunę me ipse non satis dignum iudicabo. Nos adhuc in nostro statu, quod difficillimē recuperari posse arbitrari sumus, splendorem nostrum illum forentem, & in Senatu auctoritatem, & a pud viros bonos gratiam magis, quā optaramus, consecuti sumus, in te autem familiari, quę quemadmodum fracta, dissipata direpta sit, non ignoras, valde laboramus: tuarumque non tam facultarum, quās ego nostras esse iudico, quā consiliorum ad colligendas & constituendas reliquias nostras indigemus. nunc, est omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata; tamen ea inscribam brevi, quę te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. Pridie Nonas Sext. Dyrhachio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brundisium veni Nonis Sext. ibi mihi Tulliola mea fuit præsto

natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brundisina colonia, & tux vicinæ Salutis. quę res animā dveria à multitudine, summa Brundisiorum gratulatione celebrata est. ante diem vi. id. Sext. 5 cognovi, cum Brundisii essem, litteris Quinti fratris, mirifico studio omnium ætatū atque ordinum; incredibili concursu Italia, legem comitiis Centuriatis esse perlatam. 6 inde à Brundisinis honestissimis ornatus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legati convenerint. ad urbem ita veni, ut nemo illius ordinis homo nomenclatori notus fuerit; qui mihi obviam non venerit, præter eos inimicos, 7 quibus id ipsum non liceret aut dissimulare, aut negare. Cum venissem ad portam Capenam, gradus temporum ab infima plebe completi erant: à qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata; similis & frequentia, 8 & plausus me usque ad Capitolium celebravit: in foroque, & in ipso Capitolio miranda multitudo fuit postridie in Senatu, quā fuit dies Non. Septemb. Senatui gratias egimus. eo biduo cum esset annonę summa caritas, & homines ad theatrum primo, deinde ad Senatum concurrissent, impulsu Clodii; mea opera frumenti inopiam esse clamarent; cum per eos dies Senatus de annonā haberetur; & ad ejus procuracionem sermone non solum plebis, verum etiam bonorum Pompejus vocaretur, idque ipse cuperet; multitudoque à me nominatim, ut id decernerem, postularet; feci; & accurate sententiam dixi; cum absentē Consulares, quod tuis se negarent posse sententiam dicere, 9 præter Messallam & Afranium, factum est s. c. in meam sententiam, ut cum Pompejo ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur: quo s. c. recitato 10 cum continuo, more hoc insulto & novo, plausum, meo 11 nomine recitando, dedisset; 12 habui concionem: omnes magistratus præsentēs, præter unum Fratorem, & duos Tribunos pleb. dederunt. postridie Senatus frequens, & omnes Consulares nihil Pompejo

1. Cognorā enim (ut vere scribam) te in consiliis mihi dandis, &c.] Totum hunc orationis ambitum, aliter legit & distinguit Iunius, ex variatur lectio: non de mss. Palat. comparatione; Cognorā enim (ut vere scribam) te in consiliis mihi dandis nec fortioem, nec prudentioem quamquam; me ipsum nec etiam pro praterita mea in te observantia, nimium in custodia salutis meae diligentem: eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri de potius furoris particeps, & falsi timoris socius fuisses, acerbissimē discidium nostrum tulisse.

2. Nec etiam pro praterita mea in te observantia nimium in custodia, &c.] Bofius expressit ceteram Decur. pro praterita mea; cuius lectionis vestigialiter perturbata, in hunc modum existat in Tornæi, præter inamiam in te observantiam. Alia autem est liberorum nonnullorum lectio. Lambinus, vulgata lectione offensus, tum ab uno eodē Memmiano add. onitōs atque adūctas, in quo scriptum est, praterita tuat sic legit; nec etiam pro praterita mea. Cæterus pro nimium, reponit minus, quod prius, in univ. deinde fuerit in, nimium depravatum. vulgata lectio sic se habet; nec etiam praterita mea in te observantiam, nimium in custodia salutis meae diligentem.

3. Potius furoris] Sic emendavit Erius Stephanus, & recte, nec dicitur Manotius, quin ita legendum sit, vulg. scribit.

4. Falsi timoris.] Ex antiquo libro & ex hystoria sic legit Vrbanius,

quod etiam Lambinus ex longē optimo mss. suspicatus est, in quo erat falsi moris; vulg. falsi rumoris.

5. Cognovi, cum Brundisii essem.] Triā postrema vocabula, quę prius ex Tornæiano restituerat Lambinus, à Bofio in Decuratio & Cruellino, quorūvis absentē à vulgatis, noluit in sua editione desiderari.

6. Inde à Brundisinis honestissimis ornatus.] Honestissimē, legit ex veteribus libris Faërus. Gualelmus conjiciebat honestissimā s. c. ornatus, id est: senatus consultis.

7. Quibus id ipsum non liceret.] Iunius ex mss. Palat. legit, quibus id ipsum se inimicis esse n. h.

8. Et plausus me usque ad Capitolium celebravit: in foroque & in ipso Capitolio.] Alia est vulgi distinctio & plausus me usque ad Capis. celebravit. In foro & in ipso Capitolio.

9. Præter Messallam & Afranium.] Hęc est Victorii restitutor, cuius in antiquiori erat Afranium; unde, ut etiam ex hystoria conjecit legendum Afranium, antea legebatur Crasanium.

10. Cum continuo.] Bofius lectionem Decurati vulgatę prætulit, hoc est pro ceteris excudendum curavit continuo.

11. Nominē recitando.] Vulg. nomine in recitando.

12. Habui concionem: omnes magistratus.] Quam, ex mss. addit Vrbanius; habui concionem, quoniam omnes magistratus.

Pompejo postulanti negarunt. ille legatos quindecim cum postulare, me principem nominavit; & ad omnia me alterum se fore dixit. legem Consules conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentaria toto orbe terrarum daretur; 1 alteram Messius, qui omnis pecuniae dat potestatem, & adjungit classem & exercitum, & majus imperium in provinciis, quam sit eorum, qui eas obtineant. illa nostra lex Consularis nunc modesta videtur, haec Messii non ferenda. Pompejus illam velle se dicit, familiares hanc Consulares, duce Favonio, fremunt; nos tacemus, & ego magis, quod de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderant, qui si sustulerint religionem, aream praeclaram habebimus; superficiem Consules ex s. c. aestimabunt; sin aliter, demolientur; suo nomine locabunt; rem totam aestimabunt. Ita sunt res nostrae, ut in secundis, fluxa; ut in adversis, bona. In re familiari valde sumus, ut scis, perturbati. praeterea sunt quaedam domestica, quae litteris non committo. Quintum fratrem, insigni pietate, virtute, si de praedium, sic amo, ut debeo. Te exspecto; & oro, ut matures venire; eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non sinas, alterius vita quoddam inivsum ordinatur. jam quidam, qui nos 2 absentis defenderunt, incipiunt praesentibus occulte irasci; aperte invadere, vehementer te requirimus.

CICERO ATTICO, S.

2. Si forteratius tibi à me, quam à ceteris, litterarum redduntur; peto à te, 3 ut id non modo negligentiae meae, sed occupationi quidem tribuas: quae etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat ser amorem nostri & officii mei. nam ut veni Romam, iterum nunc sum certior factus, esse, cui darem litteras. itaque has alteras dedi. prioribus tibi declaravi, adventus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostrae quemadmodum essent, ut in secundis, fluxae, ut in adversis, bonae. 4 Post illas datas litteras, secuta est summa contentio de domo. diximus apud Pontifices pridie Kal. Octobres. acta res est accurate à nobis; 5 & si umquam in dicendo fecimus aliquid, aut etiam si umquam alias fuimus, tum profectio 6 dolor & magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. 7 itaque oratio juventuri nostrae deberi non potest: quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. Cum pontifices decreverint, ita, 8 SI NEQUE POPULI IVSSU, 9 NEQUE PLEBIS SCITU, QUI SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI REI PRAEFECTUS ESSET, NEQUE POPULI IVSSU, AUT PLEBIS SCITU ID FACERE IVSSUS ESSET; VIDERE, POSSE SINE RELIGIONE 9 EAM PARTEM AREAE MI RESTITUI; mihi facta statim est gratulatio. 10 nemo enim dubitabat, quin domus nobis esset adjudicata. tum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit, nuntiat 11 inani populo,

Pontifices secundam se decrevisse; me autem vicinari in possessionem venire, hortatur, ut se, & Appium sequantur, & suam Libertatem ut defendant. hic cum etiam illi infamiam partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam; ego statueram illuc non accedere, nisi cum Consulibus ex s. c. porticum Catuli restituendam locassent. Kal. Octob. habetur Senatus frequens. adhibentur omnes Pontifices, qui erant Senatores; à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quae fuit, quid essent in decernendo secuti. tum 12 M. Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis iudices Pontifices fuisse, legis Senatum: se, & collegas suos de religione statuisse, in Senatu de lege statuturos, quisque horum, loco sententiam rogatus, multa secundam causam nostram disputavit, cum ad Clodium ventum est, copiam diem confirmare: neque ei finis est factus: sed tamen, cum horas tuis ferè dixisset, odio & strepitu Senatus coactus est aliquando perorare. cum fieret s. c. in sententiam Marcellini; omnibus praeter unum assentientibus, 33 Serranus intercessit, de intercessione statim ab omnibus Consules referre coeperunt. cum sententiae gravissimae dicerentur; Senatui placere, mihi domum restitui; porticum Catuli locari; auctoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi; 14 si quae vis esset facta, Senatui existimaturum, ejus opera factum esse, qui s. c. intercessisset; Serranus pertimuit; & Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit: abjecta toga, se ad generi pedes abiecit. ille noctem sibi postulavit: non concedebant. reminiscebantur enim Kal. Jan. 15 vix tamen sibi de mea voluntate decessum esse, postridie s. c. factum est id, quod ad te misi. deinde Consules porticum Catuli restituendam locarunt: illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. nobis superficiem adium Consules de consilii sententia aestimarunt 16 s vicies; cetera valde liberaliter; Tusculanam villam quingentis millibus; Formianum 17 s ducentis quinquaginta millibus: quae aestimatio non modo vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe reprehenditur. dices, quid igitur causae fuit? dicunt illi quidem, pudorem meum; quod neque negarim, neque vehementius postularim: sed non est id, nam hoc quidem etiam profuisset. verum idem, mi T. Pomponi, idem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi primas inciderrant, nolunt eadem venas: sed, ut spero, jam rescantur. tu modo ad nos veni: quod vereor ne tardius intervntu Varronis tui nostrique facias. Quoniam acta quae sunt, habes: de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me à Pompejo legari ita sum passus, ut nulla re impediret, 16 quod ne, si vellem, mihi esset integrum, aut, si comitia Centuriorum proximi Consules haberent, petere posse, aut votivam legationem summisse 17 prope omnium sanorum, lucorum. sic enim

1. *Seram Messius.* Vulgo *Messinus*. scribit autem ex numis Vrsinus, *Messinus*, notatque in quibusdam mss. libris pro *Messinus*, legi hic *Messia*, & paulo post, *haec non ferenda*, suo nomine *Messinus*. Vrsini lectionem confirmant Manutius & Lambin. quorum hic testatur codices Memmianos habere, *Messia* isque.
 2. *Absentis.* Vulg. *absentis*.
 3. *Ut id non modo negligentia mea.* Victorius alteram negationem addidit hoc exemplo, ut id non modo non negligentia mea, quo pacto legitur in plerisque libris excussis: sed Bofius asserit ab omnibus suis antiquis abesse alterum, *ne*.
 4. *Post illas datas litteras.* In vulgatis deest vox *haec litteras*.
 5. *Si umquam.* Vulgata *umquam*.
 6. *Dolor & magnitudo.* Vulgo *doloris magnitudo*. Gulielmus divinat. *dolor & rei magnitudo*.
 7. *Itaque oratio juventuri nostra deberi non potest.* Restitutio haec Victorio debetur: in cuius mss. scriptum erat, *Itaque oratio juvenis mei, nostra debere non potest*: idem etiam legi in Tornæs. asserit Lamb. cui haec commendatio probatur. prius legebatur, *Itaque oratio juvenis, ne in nostra fortuna casu, &c.*
 8. *NEQUE PLEBIS SCITU.* Bofius ex Decuratio & Tornæsiano

reposit, neque plebis scitu se quis dedicasse diceret; & mox, aut plebis scitu id facere iussus esset. vulg. PLEBIS CITO.
 9. *EAM PARTEM AREAE MI RESTITUI.* Sic in mss. legi adnotat Vrsinus, ut fortasse ei videatur legendum, *M. T. restitui*.
 10. *Nemo enim dubitabat.* Sic legit Manut. vulg. *dubitas*.
 11. *Inani populo.* Perspicue sic legebatur in Decuratio, vulgatam autem lectionem, *jam populo*, quae etiam existat in Tornæsiano, vitiosam asserit Bofius.
 12. *M. Lucullus.* M. deest in vulg.
 13. *Serranus.* Serranus unico, r, scribendum censet Vrsinus, licet inquit, in veteribus numis *Serila* gentis invenitur *Serranus*.
 14. *Si qua vi esset facta.* Iunius ex duobus mss. Palatin. *si qua vi esset facta*.
 15. *Vix tamen sibi.* Sibi, delet Faëraus.
 16. *Quod ne si vellem.* Liber Tornæs. *quod nisi vellem*: Scidz, *quod ne si vellem*; quam lectionem sequitur Bofius. Vulg. *quin, si vellem*.
 17. *Prope omnium sanorum, lucorum.* Sic legi debet ut est in Decuratio, & Crusellinos, & vox, *sacrorum*, si dem auctoribus delenda. Victorius restatur legi in mss. prope omnium sanorum, lucorum, in impressis autem codicibus prope omnium sanorum, ac sacrorum lectionem.

enim nostras rationes postulabant. sed volui meam potestatem esse vel petendi, vel ineunte astate exundi: & interea me esse in oculis civium, de me optime meritum, non alienum putavi. Ac forensium quidem rerum hac nostra consilia sunt: domesticarum autem valde impedita. Domus aedificatur. scis, quo sumptu, qua molestia & relictiata. Formianum, quod ego nec relinquere possum, nec videre. Tusulanum proscripti: suburbano non facile carco. amicorum benignitas exhausta est in ea re, quae nihil habuit praeter dedecus: quod sensisti tu absens, praesentes, quorum studiis ego, & copius, si esset per meos defensores licitum, facile effem omnia consecutus: quo in genere nunc vehementer laboratur. Cetera, quae me sollicitant, *πονηρότερον* sunt, amamus a fratre, & a filio. te expectamus.

CICERO ATTICO, S.

7 **H**AVERE te certo scio, 6 cum scire, quid hic agatur, 7 tum mea a me scire; non quo certiora sint ea, quae in oculis omnium geruntur, si a me scribantur, quam cum ab aliis aut scribuntur tibi, aut nuntiantur; verum ut perspicias ex meis litteris, 8 quo animo ea feram, quo geruntur: & qui sit hoc tempore aut mentis meae sensus, aut omnino vitae status. Armatis hominibus ante diem tertium NON. Novemb. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porricus Caruli, quae ex s. c. Consulum locatione restituebatur, & ad testum pacem pervenerat. Quinti fratris domus prima fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodii, inipestante urbe, coniectis ignibus, magna quiesca & gemitu, non dicam bonorum omnium, qui, nescio, an ulli sint, sed plane hominum omnium ille 9 vehementer ruere: 10 post hunc furorem nihil nisi eadem inimicorum cogitare; vicatim ambre, servis aperte spem libertatis ostendere. etenim antea, cum 11 iudicium nolebat, habebat ille quidem difficilem, 12 manifestamque causam, sed tamen causam: id poterat insitari; poterat in alios derivare; poterat etiam aliquid iure factum defendere. post has ruinas, incendia, rapinas, desertus a suis, vix jam de iurum designatorem, vix Gellium retinet: servorum consiliis utitur; videt, si omnes, quos

vult, palam occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quam adhuc sit, in iudicio futuram, itaque ante diem tertium Idus Novemb. 13 cum sacra via descenderem, insecutus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladii, haec improvisa omnia. discessimus in vestibulum 14 Tertii Damionis, qui erant mecum, facile operas adiu prohibuerunt. ipse occidi potuit. sed ego data curari incipio: chirurgia taderet. ille omnium vocibus cum se non ad iudicium, sed ad supplicium praesens 15 trudi videret, omnes Catilinas, Acidinos postea reddidit. nam 16 Milonis domum, eam quae Germalo, pridie Idus Novemb. expugnare & incendere ita conatus est, ut palam hora v. cum scitis homines, eductis gladiis, alios cum accensis facibus adduxerit. ipse domum P. Sullae pro castris sibi ad eam impugnationem sumserat. tum ex Anniana Milonis domo 17 Q. Flaecus eduxit viros acres; occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos: ipsum cupivit, 18 sed illa se interiora in adium Sullae se. in senatu postridie Idus (domi Clodius) egregius Marcellinus, omnes acres, Metellus calumnia dicendi tempus exemit, adjuvante 19 Oppio, etiam hercule familiari tuo; 20 de cuius constantia, invixit tuz verissima littera. Sestius furere. ille postea, si comitia sua non fierent, urbi minari; proposita Marcellini sententia, quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram causam arex, incendiorum, periculi mei, iudicio completeretur, eaque omnia comitiis anteferet: proscripti, se per omnes dies comitiales de calo servaturum, conciones turbulenta Metelli, temeraria Appii, furiosissima Publii. haec tamen summa; nisi 21 Milo in campum obnuntiasset, comitia futura. ante diem xii. Kal. Decemb. 22 Milo media nocte cum magna manu in campum venit. Clodius, cum haberet fugitivorum 23 delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permanfit ad meridiem mirifica hominum laetitia, summa cum gloria. contentio fratrum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse, quod in campum nocte veniretur: se hora prima in comitio fore. itaque 24 ante diem xi. Kal. in comitium Milo de nocte

iii venit.

1. Nostri rationes. Ex glossomate additum fuerat in vulgato, nihil interea me esse in oculis civium, de me optime meritum, non alienum putavi. 2. Restituitur. Vulg. restituitur. 3. Quo animo ea feram. Doesse videtur Vrsino verbum, sensus ut integra lectio sit, praesentes sensere ii. Bonus autem nihil addendum putat. 4. Filius. Vulg. filia. 5. Havere te certo scio. Deerat hic provocabulum te, quod ex Dec. & Cero restituitur Bos vulg. arex. 6. Cum scire. Vulg. cum scire. 7. Tum mea a me scire, quod auctoribus Dec. & Crae. reposuit Bos. ut etiam ex Torn. Lamb. deat in vulg. 8. Quo animo ea feram. Vulg. quomodo. 9. Vehementer ruere. Memm. cod. sic habere ut & eos quibus usus est Mat. & Torn. restituit Lamb. non ut vulgato, ferre. 10. Post hunc furorem. Vulg. post hunc furorem. 11. Iudicium nolebat. Sic habere suos veteres omnes testatur Lamb. etiam Man. lectio *rebellans* non improbat, sed tamen conjici legendum, *rebellans*. 12. Manifestamque causam. Pantagat. corrigi, *immanis flagrant*. 13. Cum sacra via descenderem. Hanc esse omnium antiquorum excusationem quae codicum lectionem, Aldino excepto, qui *descenderem*, habet testatur Vici priorem lectionem conjectura hic emendaverat Lambini. quam postea Memm. cod. & Torn. auctoritate reperit confirmatam. 14. Tertii Damionis. Vulg. M. Tertii Damianus. 15. Trudi videret. Vici. testatur omnes MSS. edicere habuisse, *videri* videtur, unde Pantagat. conjicit legendum, *videri videret*. 16. Milonis domum quam Germalo. Haec est conjectura Torn. quam, verissimam putat Bos. adduciturque etiam ante qua lectione Decurrit quomodo iam depravata, quae ita se habet, *Germalo* Vulgo legebatur *mea* Gerat, vel in *Gerat*, sed propositionem tu, neque Cavale. I. ber habet neque Bellar. *Crema* autem uterque, sed quid sibi velit haec vox, ignorat Man. conjicitque legendum in *Germalo*, quidam legunt *demum*

tranque in *Germalo*: Malasp. legebat in *Carina*. Lambini. *demum* eam qua est in *Germalo*. 17. Q. Flaecus eduxit viros acres; occidit homines. Fulviani MSS. habent, *Q. F. ed. ac. trau. occidit homines*. 18. Sed illa se interiora in adium Sullae se. In Senatu postridie Idus Idus Clodius) egregius Marcellinus, omnes acres.] Reposuit Bosius ex fide Decurrit, *illae* pro *illae* & *interiora* in *adum*, pro *interiora* *adum*, & Sullae se, pro *Syllae se*. Cavalcantiliber, *illae* ex *interiora* *adum* *Syllae se*. Bellarionis, *illae* *interiora* *adum* *Syllae se* testaturque vix docti, verbum *abdit*, in nullo veterum librorum reperiri, unde conjicit Man. *illae* se in *interiora* *adum* *Syllae se* ut subauditur *proripuit*, vel *abdit*, quod probatur Lamb. Pantag. legebat, *sed illae* ex *interiora* *adum* *Syllae se*. In Senatu postridie Idus Idus Clodius) egregius Marcellinus, omnes acres. quos videre conjicit optimum, sic habere testatur. *sed illae* ex *interiora* *adum* *Syllae se* testatur. *Syllae se* in Senatu postridie Idus Idus Clodius) egregius Marcellinus, omnes acres. vulgo sic legitur, *sed illae* se in *interiora* *adum* *abdit*. *Syllae se* in Senatu postridie Idus Idus Clodius) egregius Marcellinus, omnes acres. 19. Oppio. Potius crediderit Man. legendum *Appio*. 20. De cuius constantia, invixit tuz verissima littera.] Sic excudendum curavit Bos. ex Dec. Faen. emendat, *de cuius constantia* *viri*, *invixit* *verissima* *littera*, &c. Pantag. eorum locum ad hunc modum legit, *cujus constantia* *invixit*, *verissima* *littera* *fratris* *invixit* *illae* *postulata*, &c. vulg. *de cuius constantia* *invixit*, *verissima* *littera*. 21. Milo in campum obnuntiasset. Fulv. legit in *campis* vulgati alii, *de* *Man*. *Appio* *obnuntiasset*. 22. Milo media nocte. Vulg. Milo ante mediam noctem. 23. *Dehinc* *esperat*.] Placeo Vrsino ut legatur *delectat* pro *dehinc* *vi*. *dic* id quoque Lamb. sed, *delectat* restituit. 24. Ante diem xi. Kal. Post Kalend. additur in vulg. *Januar*, quam vocem in Dec. non reperit Bosius, & adulterinam esse jamdudum docuit Man.

venit. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope devius curabat: assequitur inter lucos hominem Milo; obnuntiat ille se receptit, magno & turpi Q. Flacci convicio. ante diem x. Kal. nundina. concio biduo nulla. ante diem v. hzc ego scribebam, hora noctis nona. Milo campum jam tenebat. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Clodii vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur. & paucis pannosis lipea lanterna. meo consilio omnia illi fieri querebantur, ignari quantum in illo heros esset animi, quantum etiam consilii: miranda virtus est: nova quædam divina mitto. sed hæc summa est. comitia fore non arbitror. a reum Publum, nisi ante occisus erit, fore à Milone puto. 3 si se ut in urbe jam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. non dubitat facere; præ se fert; eam illam nostrum non extimescit. numquam enim cuiusquam invidi, & peradi consilio est usus: nec inerti nobili crediturus. Nos animo dumtaxat vigemus, etiam magis, quàm cum florebamur; re familiari comminuti sumus, & Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus esset, illo recusante, subsidiis amicorum respondemus. quid consilii de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus. quare appropera.

CICERO ATTICO, S.

PENTUCUNDUS mihi Cincius fuit ante diem tertium Kalend. Feb. antelucem. dixit enim mihi, te inesse in Italia, seseque ad te pueros mittere: quos sine meis literis ire nolui; 5 quo haberem, quod tibi, præsertim jam prope præsentem, scriberem; sed ut hoc ipsum significarem, mihi tuum adventum suavissimum expectatissimumque esse. quare advola ad nos, eo animo, ut nos ames, te amari scias. cetera coram agemus. hæc properantes scripsimus, quo die venies, utique cum tuis apud me sis. perbellè feceris, si ad nos veneris. 6 offendes designationem Tyrannonis in librorum meorum bibliothecam; quorum reliqui multo meliores sunt, 7 quàm putaras. etiam 8 vellem mihi mitas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris: iisque imperes, ut sumant membrulam; ex qua indices fiant, quos vos Græci, ut opinor, 9 συλλάβης appellatis. Sed hæc, si tibi erit commodum:

ipse verò utique fac venias, si potes in his locis adhærere, & Piliam adducere, ita enim & æquum est, & cupit Tullia, 10 Mediusfidius ne tu emitti 11 λόγος præclarum. gladiatores audio pugnare misicè. si locare voluisses, duobus his muneribus liberares. Sed hæc posterius tu. fac venias, & de librariis, si me amas, diligenter.

CICERO ATTICO, S.

AIN tu? an me existimas ab ullo male meæ legi probare? quàm à te? cur igitur cuiquam mihi prius? urgebar ab eo, ad quem mihi, & non habebam exemplar. quid? etiam (dudum enim *civem modo*, quod devorandum est) subitupicula mihi videbatur esse *παλινοδία*, sed valeant recta, vera, honesta consilia. non est credibile, quæ sit perfidia in istis principibus, ut volunt esse, & ut essent, si quicquam haberent fidei. fenseram, noram, inductus, relictus, *profectus ab eis*: tamen hoc erat in animo, ut cum iis in republica consentirem, idem erant, qui fuerant. vix aliquando te auctore respixi. dices, ea te monuisse, fuisse, quæ facerem; non etiam ut scriberem, ego merchule necessitatem volui imponere hujus novæ conjunctionis; ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, cum miseret mei debent, non desinunt invidere. sed tamen modici fuimus 13 *ἰσοδίοι*, ut scripsi, erimus uberiores, si & ille libenter accipiet, 14 & hi subtingentur, qui villam me molestè ferunt habere, quæ Catuli fuerat, 15 à Vettio me emisse non cogitant; qui domum negant oportuisse me ædificare, vendere ajunt oportuisse. sed quid ad hoc? si, quibus sententiis dixi, quod & ipsi probarent, latari sunt tamen me contra 16 Pompeji voluntatem dixisse? finis; & quoniam, qui nihil possunt, si me nolunt amare; demus operam, ut ab iis qui possunt, diligamur. dices; vellem jam pridem. 17 *ἴδιο* te voluisse; & me *ἀσινον germanum* fuisse. sed jam tempus est me ipsum à me amari quando ab illis nullo modo possum, Domum meam quod erebro 18 invisit, est mihi valde gratum. Viaticum Crassipes præripit. Tu de via restia in hortos. 19 videtur commodius ad te. postredie scilicet: quid enim tua? sed videtimus. Bibliothecam mihi tui pinxerunt 20 constructione & sutybis. eos velim laudes.

CICE.

1. *Pannus pannosis lipea lanterna.* Sic emendavit Boi ut dixerim scriptum erat in Dec. Viçti restatur, in vetere suo codice legi, *pan. u. pannos. sine alanterna* Lamb. restè quidam legi volunt, *sua laceræ* diciturque veteres libros ferè omnes sine lanternas, ut *alanterna*. sed mendose vulgata lectio quam retinet Iun *pan. u. pannos. sine lanternæ*.
 2. *Reum Publum, nisi ante occisus erit.* Meliorum codicum auctoritate hunc locum restituit V. & Lamb. dicit cod. Torn. ut vulgato habere, *reum Publum nisi ante occisus erit*, &c. sed tamen in veteris libris omnia bus reponit, *Præ. Publum*, & paulo post, has duas voces *Milone*, tamquam alieno loco inculcatas de et. Viçti emendationem ex mss. Pal. recinet Iunius.
 3. *Si se ut in urbe.* Variè hic veterum cod. cum scriptura Viçti tradit in antiquo suo ita esse, *si sentitur viciam obtulerit*: Torn sic habet, *si se ut in urbe jam obtulerit*: sicque etiam Dec. & Crut. Alii legunt, *si se inter viciam obtulerit*: alii *si se in viciam obtulerit*, quomodo Aidus Man. edidit. a. I. *si se ultra in viciam*. Viçti si se inter viciam obtulerit, quæ est vulgata lectio Iun. prox. me veterem mss. lectionem, & Ciceronis mentem secutus, ut a ceteris emendat curavit, si se in urbe jam obtulerit.
 4. *Quæ sit perfidia in istis principibus, ut volunt esse, & ut essent.* Videtur legendum Viçti, *exhaustus sum*. quod & alii placuisse ait. In alio autem libro se ita hunc locum emendatum vidisse refert: *Quinti fratris tamen liberalitate pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus esset, &c.* quæ lectio placet Iun. si pro, nam, legatur, ut.
 5. *Quo die venies.* Vulg. quid haberes.
 6. *Offendes designationem Tyrannonis in librorum meorum bibliothecam.* Vocem, *bibliothecam*, ex oralibri in contextum librorum Ciceronis translata, secutus veterum librorum auctor tatem, delet justic Lamb. Sed aliter distinguit vulgus, *offendes designationem Tyrannonis, in tuis librorum meorum bibliothecam*.
 7. *Quam putaras.* Quæm putaras? vulg.
 8. *Vellem.* Vulg. gerim.
 9. *Συλλάβης.* Indices.
 10. *Mediusfidius ne tu emitti λόγος præclarum.* Rectè hunc locum emendavit Boi. cum præus pro *λόγος*, locum, haberent editiones: Lamb.

cor. jecturam Man. sequens, hanc lectionem, ut quæ ferri non potest, hanc jecti; d est, pro, ut, legi, *Nomus*.
 11. *Λόγος.* Globum, sedecim gladiatorum sive militum.
 12. *Αν τωαν με existimas.* Vererem suum codicem secutus Viçti sic legi, *ceterum vocem, ut primus restituit Boi. ex suis mss.*
 13. *ἰσοδίοι.* Argumento.
 14. *Et hi subtingentur.* Ex canctis melioribus libris Viçti, *subtingentur* scripsit, prius legebatur, & *ii subtingentur*.
 15. *Vettio me emisse non cogitant.* Vulg. *aut etiam emissi*.
 16. *Pompeji voluntatem dixisse finis & quoniam.* Vocabulum *hoc fuit* in omnibus Boi. legebatur; quare in exemplar recituli: secutus autem est conjecturam Malin. mutando *Tobed*, in *o*.
 17. *ἴδιο te voluisse.* *me ἀσινον germanum fuisse.* Sed jam tempus, &c. Reponit Boi. auctore Dec. & me *ἀσινον germanum fuisse*: Convenienter legi posse putabat Vrin. *aut tunc geram morem?* Adde se in quodam libro emendatum vidisse, & *me ἀσινον germanum fuisse*. Mal. legit, & *me magis germanum fuisse*, quam ejus conjecturam amplectitur Lamb. nihil hinc loco aptius aut in corrigendo verècundius excogitari posse statuens. Man. locum hunc in illis numerat, quos sine libris antiquis corrigi non posse sperant, tamen ne nihil dixisse videatur profert ex Alberti Ferri & Beffari. libri lectionem, *voluisse, aut non germanum fuisse*. Mur. libet, *aut non germanum fuisse*: ex qua p. e. Mur. unus altere mutatione. Decur. lectio nem expressit. Iun. verò ex mss. Pal. legit, *scio te voluisse, & me, aut non germanum fuisse*. Lam. tempus est me ipsum, &c. Boii quidem lectionem non damnat, sed hæc ei anteposenda videtur: vulg. *scio te voluisse, & me, aut non germanum fuisse*.
 18. *ἰσοδίοι.* Man. conjicit *ἰσοδίοι*.
 19. *Videtur commodius.* Aliter distinguit Man. *tu de via restia in hortos, videtur commodius ad te postredie scilicet quid enim tua?*
 20. *Constructione & sutybis.* Hæc restitutio debetur Viçti. in ejuis antiquiore erat, & *sutybis* ab inopto librario conjunctionum, unde sine ubi mutat one & *sutybis* est *sutybis*, & ante legebatur, *constructione & sutybis*, ut velim laudes.

CICERO ATTICO, S.

DE Lentulo scilicet sicfero, ut debeo. virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus; i nosque malo solatio, sed non nullo tamen, consolemur, quod ipsius vicem minimè dolemus, 2 non ut Sauscius & vestri; immò hercule quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficium videatur ex ejus incendio esse ereptus. nam quid foedius nostra vita? præcipuè meâ? nam tu quidem, etsi es natura πολίτικος, tamen nullam habes propriam servitutem; 3 communi frueris nomine. ego verò, qui, si loquor, de rebus, quod oportet, infans; si, quod opus est, servus existimor; si taceo, oppressus & captus; quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam facio, se, quòd ne dolere quidem possum, ut nò ingratus videar, quid, si cessare libeat, & in otii portum confugerem? ne quicquam. 4 immo etiam in bellum & in castra. sic ergo erimus 6 οπαδὸι, qui 7 παρὸι esse nolimus? sic faciendum est. tibi enim ipsi, cui utinam semper paruissem, sic video placere. 8 reliqui, aut 9 ἀσπέρτων ἄλαχες, ταύτων κήσμεν; non mehercule possum; & Philoxeno igoico, qui 10 οὐκ ἐστὶν ἐν ἐπιπέδῳ, verum tamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem; idque tu, cum una erimus, confirmabis. A te litteras crebrò ad me scribi video; sed omneis uno tempore accipi. quæ res etiam auxit dolore meum, casu enim trinas ante legeram, quibus, 10 meliusculè Lentulo esse, scriptum erat. ecce quartæ fulmen. sed ille, ut scripsi, non miser; 11 nos verò ferret. Quòd me admones, ut scribam illa Hortensiana: in alia incidit, non immemor istius mandati tui, sed mehercule incipiendo refugit, 12 ne, quòd videor stultè illius amici intemperiam non tulisse, rursus stultè injuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero; & simul, ne βαδύτης

mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit 13 solatio; & aliquid 14 satisfactio levitatis habere videatur. Sed viderimus. tu modò quàm sepiissime ad me aliquid. Epistolam 15 Luccejo nunc quam misi, quæ, meas res ut scribat, rogo, fac ut ab eo sumas: valde bella est: eumque; ut appropere, adhorteris; & quòd mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias. Domum nostram, quo ad poteris invisas. Vestro aliquid significes. valde enim est in me liberatis.

CICERO ATTICO, S.

Nihil δὲ κενόρροον epistola tua, 17 quæ me sollicitum de Quinto nostro, puero optimo, valde levavit. venerat horis duabus ante Chærippus; 8 mera monstra nuntiavit. De Apollonio quòd scribis, qui illi dii irati, homini, Græco, qui conturbare quidem putat sibi licere; quod equitibus Romanis. nam Terentius suo iure, De Metello, 19 ἢ ἄρα οὐκ ἐπιβουλεύουσιν, sed tamen multū annu 20 civis nemo erat mortuus, qui quidem, tibi nummi meo periculo sint, quid enim vereris, quemcunque heredem fecit? nisi Publium fecit? verum 21 fecit non improbè; quamquam fuit ipse. quare in hoc thecam nummariam non retexeris: in aliis eris cautior. Mea mandata de domo curabis; 22 prædia locabis: Milonem admonabis, Arpinatum 23 fremitus est incredibilis de Laterio. quid quæris? equidè dolui. 24 οὐδὲ σὺν ἐμπύκτετο μύθῳ. 25 Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis.

CICERO ATTICO S.

MULTA me in epistola tua delectarunt, sed mihi magis, 26 quàm patina tyrotarichi. nam de raudusculo, quod scribis, 27 μήπω μέγρον εἶπης, πρὶν τελευτῶσαι ἰδῆς. xificati tibi in agris nihil reperio. in oppido est quidquam, de quo est dubium, sitne venale; ac proximum quidem nostris ædibus. hoc scito, Antium Buthrotum esse

1. Neque male flatit, sed nonnulli tamen.) Sic Mala sp. & Conzados legendum censuerunt, ut etiam d. lucidè scriptum reperit in codicibus Memmianis Lambinus; & in eisdem vestris pro vestri: Vulg. non multo, pro nonnulli.
 2. Non ut Sauscius & vestri: inà mehercule.) Planè sic exaratum in Decurcato, vulg. non ut Sausci us & vestri mehercule.
 3. Communi frueris nomine.) Hæc verba num vacent merito, haud facile loci Manu. suspitionem augent, Bessartionis & Alberti Ferri libri, in quibus scriptum, communi frueris nomine, & proximo superiori memò, virtutem, pro servitium. quod etiam mirè proximo Junio; ex suis omnibus null enim legit, nullam propriam habet virtutem communi frueris nomine?
 4. In bellum & in castra.) Legendum cum tali inter: cogitate loque affectu Bostius.
 5. Ergo erimus οπαδὸι qui παρὸι esse volumus?) Victorii antiquior codex habebat. Ergo erimus οπαδοι qui παρὸι esse volumus; unde scriptus, ergo erimus οπαδὸι, defectum unius litteræ in antiqua scriptura esse arbitratas; antea legebatur, ergo erimus οπαδῶν, qui παρὸι esse volumus. prius illud membrum, ergo erimus οπαδῶν, in Memmianis legi testatur Lambinus, nec improbat.
 6. Ο παρὸι.) Assede aliorum in militia.
 7. Ταρῶι.) Duces.
 8. Ἐπιπέδῳ, ad.) Bostius omnes melioris notæ mss. legebant, reliqua est, unde emendavit reliquis est, &c. Junius ex mss. Palat. nis, reliqua est.
 9. Σπάρτας.) Spartam sortitus es, hanc orna.
 10. Meliusculè Lentulo esse.) Victor. ex antiquiore suo meliusculè, prius legebatur melius.
 11. Nos verò ferret.) Emendasse se, ferret, ratione ductum dicit Victorius.
 12. Ne, quod videor stultè illius amici intemperiam non tulisse.) Bostius ex Decurcato legit ut censuerat Mala sp. Manutio teste Bessartionis liber habet, videor stultè illius amici non intemperiam tulisse: sicque edendum coram, hancque veram atque incorruptum lectonem existimat, planeque ab ipso Cicerone scriptam. Junius, ne quid vid. stult. illius non amici intemp. tul.
 13. Oportet.) Castigavit, solatio Bostius auctore Decurcato; cum antea legere, ac solatio, sepequante sententia.
 14. Sauscius levitatis.) In antiquo Alberti Ferri libro scriptum est. Sauscius levitatis: in Bessartionis autem sa. à ferre levitatis; quod est non inconcinnam habet sententiam; auctore Manutio, veteres alios

libros tamen libentius sequitur, in quibus Bostius expressa est lectio.
 15. Luccejo nunc quem misi.) Ex veteri scriptura numquam, fecit Faënus, nunc quam, cuius correctio nom sepultur Lambinus.
 16. Nihil κενόρροον oportet.) Ducendum ab his verbis. Nihil κενόρροον, initium hujus epistolæ, ex Decurcato didicit Bostius; ut etiam Lambinus ex Tornæiano & multi alii docuerant, Vulg. rejiciuntur in superiore epistolam.
 17. Quæ me sollicitat.) M. deest in vulg.
 18. Mera monstra nuntiavit.) Junius ex mss. omnibus Palatinis legit, & meram nuntiam nuntiatas; atque hanc esse germanam lectionem, aliam merum monstrum.
 19. Οὐκ ἐπιβουλεύουσιν.) Vera est & genuina sententia hujus loci, sic à Victorio restituta, prius legebatur: ἢ κη σὺν ἐπιβουλεύουσιν ἐν χερσὶν αὐτοῦ, hexameter integer sic habet: ἢ κη σὺν ἐπιβουλεύουσιν ἐν χερσὶν αὐτοῦ ἐν χερσὶν αὐτοῦ, fas non est viri mortuus insultare.
 20. Cuius nomen erat mortuus, qui quidem, tibi nummi meo periculo sint.) Hæc est distinctio Mala sp. & aliter autem dist. nguit vulgus, cuius nomen erat mortuus. quid quidem tibi, nummi meo periculo sint.
 21. Fecit non improbè, quamquam fact. ipse.) Bessartion. liber habet, improbè, quamquam; alii improbè, quamquam, sed mendam in utraque lectione subesse putat: Manutio, Junius legit ex mss. Palatin. fecit non improbè, quamquam ipse fact.
 22. Prædia locabis.) Sic legebat Victorius; Vulg. prædia.
 23. Fremitus incredibilis de Laterio.) Sic distincti Manutio, qui testator in omnibus libris typis impressis antea scriptum fuisse, Arpinatum fremitus est incredibilis. De Laterio quid quæris?
 24. Οὐδὲ σὺν ἐμπύκτετο μύθῳ.) Hic verò non curabat, quæ dicebantur. Hunc Homeri versum restituit Victorius. antea legebatur: οὐδὲ σὺν ἐμπύκτετο.
 25. Quod superest: etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis ut facis.) Legit Mareus, quid superestiam. Puerum Ciceronem curabis & ut amabis ut facis.
 26. Quam patina tyrotarichi.) Hinc locum flagitiosissime corruptum restituit Victorius. antea legebatur patina Cystari.
 27. Μήπω μέγρον εἶπης, &c.) Neminem magum dixeris, prius quam mortuum videris. Huius quoque Sophoclis senarii restituit Victorio debetur ex Stobzo. Junius ex mss. Pal. legit, μήπω μέγρον εἶπης πρὶν τελευτῆς ἀπίως.

esse Romæ, ut Coreyæ illud tuum. nihil quietius, r nihil alius, nihil amoenius. 2 *Εἴη μισθός Φιλῶ οἰκῶ.* postea verò quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis ædibus; qua quidem in re mitifica opera Dionysii, & Menophili tui fuit. nihil venustius, quam illa tua pegmata; postquam mihi scribis libros illustrarunt. valde est. Scribas ad me velim de gladiatoribus, sed ita, bene si rem gerunt: non quæro male si se gefere. 5 Apenas vix discesserat; cum epistola: quid ais? putasne fore, ut legem non ferat? dic, oro te, clatius: vix enim mihi exaudisse videor. verum statim fac ut sciam, & si modò, tibi est commodum. Ludis quidem, quoniam dies est additus, eò etiam melius hie eum diem cum Dionysio conteremus. De Trebonio prorsus tibi assentio. De Domitio;

7 *Σὺντα μοι τὴν δῆμνητα σὺντα ἔδ' ἐν Οὐτῶ ὄμιοι γερῶν;*

quam est ista 8 *ἄλλοις* nostræ: vel quòd ab iisdem, vel quòd præter opinionem, vel quòd viri boni nusquam unquam dissimile, quòd huic merito. nam de ipso casu nescio, an illud melius quid enim hoc miserius; quam eum, qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri consulem non posse? præsertim cum aut *selus*, aut certè non plus, quam cum altero petat. si verò id est, quòd nescio an sit, ut non minus longas jam in codicillorum factis futurorum consulum paginulas habeat, quam factorum; quid illo miserius? nisi respublica; in qua ne speratur quidem melius quiddam. De Natta ex tuis primùm scivi literis; oderam hominem. De poemate quòd quæris, quid si cupiat effugere? 9 quid? hinc? de Fabio Lusco quòd ro eram exofus; homo peramans semper nostri fuit, nec mi umquam odio. satis enim acutus & permodesus, ac bonæ frugi. eum, quia non videbam, abesse putabam. audivi ex Gaudio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduam. percussit animum, dices, tantulane causa? permulta ad me detulerat non du-

bis de Firmanis fratribus. quid sit, quòd se à me temoviti, ignoro. De eo, quòd me mones. 11 ut & 12 *πολιτικῶς* me geram, 13 & *τὴν ἑσὺν γερμῶν* teneam; ita faciam. sed opus est majore prudentia; quam à te ut soleo, petam. 14 Tu velim è Fabio, si quem habes aditum, odorere; & istum convivam tuum degustes; & ad me 15 de his rebus, & de omnibus quòtidiè scribas. ubi nihil erit, quòd scribas; id ipsam scribito. Cura ut valeas.

CICERO ATTICO, S.

SANE velim scire; num 16 censum impendant Tribuni 9 diebus 17 vitandis, (est enim hic rumor) totaque de censura, quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompejo sumus. multa mecum ac republica, sanè *sibi displicent*, ut loquebatur: (sic est enim in hoc homine dicendum) Syriam spermens, Hispaniam jactans: hic quoque, ut loquebatur; & opinor, usquequaque de hoc cum dicemus, sit hoc quasi 18 *καὶ τὸν Πρακλιδῶν*: tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses: in nos verò 19 suavissime hercule effusus, venit etiam ad me 20 in Cumano à se. nihil minus velle mihi visus est, quam Messallam consulatum petere: de quo ipso si quid scis, velim scire. Quòd Lucejo scribis te nostram gloriam commendaturum, & adificium nostrum quòd crebro invisis; gratum. Quintus frater ad me scripsit, se, quoniam Ciceronem suavissimum secum 21 haberet, ad te Nonis Mai. venturum. Ego me de Cumano movi ante diem IV. Kal. Mai. iens in Pompejanum, bene mane hæc scripsi.

CICERO ATTICO, S.

PUTEOLIS magnus est rumor, Ptolemæum esse in regno. si quid habes certius, velim scire. Ego hic pascor bibliotheca Faustii, 22 forasse tu putabas, his rebus Puteolanis & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt. sed meher-

1. Nihil alius, nihil amoenius. *Εἴη μισθός Φιλῶ οἰκῶ.*) Bos hujus loci tenebras discipulis ex Decurt. in quo hæc verba ita concepta erant, ΕΙΗΜΗΘΗΤΟC ΦΙΛΟCΟΚΟC, unde conjectic legendum. *Εἴη μισθός Φιλῶ οἰκῶ.* Man. ex depravata codicum veterum lectione sic restitueret conatus est. *Εἰ μὴ ἰσῆ τῶ Φιλῶ οἰκῶ,* vulgò legebatur, ΕΙΜΗΛΗΤΩ ΦΙΛΟCΟΚΟC.

2. *Εἴη μισθ.*) Odio fuerit familiaris domus.

3. Postquam mihi scribis libros illustravisti. valde est. Scribas ad me velim.) Liquida hæc est scriptura Decurt. quam Bos edidit: vulgus autem aliter prorsus legit & distinguit postquam mihi scribis libros illustravisti. Et scribas ad me velim. Cavale. Bellin. & Ferti libri mihi, pro missi. Manut. autem, si ab antiquis libris. discendum est, in quibus mihi non est male sic legi: *est quia mihi libros illustravisti laudes.* Lamb. Panthagathi conjectura quæ & Mal. probatur, magnopere placet: ea autem talis est: *post quæ scribis libros illustravisti valde; præsertim cum auctoritate Tornæod. confirmetur;* in quòta scriptum est: *postquam scribis libros illustravisti valde.* Malur. quidam sic legi, ut ad ser. pturam codicis Antoniani & Memmianorum propius accedant: *postquam scribis mihi libros illustravisti valde.* Bos. lectionem optimam asserit. Lun. sed alia est ipsius distinctio: *postquam mihi scribis libros illustravisti. Unde tui scribis ad me velim de gladiatoribus, &c.*

4. *Malè se gesserit.*) Scidæ habebant male: si se cessere quæ scriptura confirmatur emendatione. Mal sic corrigentis, *malè si se gesserit.* quare eam retinuit Bos. Manutio videtur legendum, *malè se gesserit:* vulg. *malè se gesserit.*

5. *Apenas vix discesserat.*) Hic videtur Man principium alterius epistolæ: cui assentitur Lun.

6. *Si modò, tibi est commodum.*) Tibi deest in vulg.

7. *Σὺντα μοι.*) Sic ut Cicerem ficos nulla umquam tam similis fuit.

8. *Περὶ τῶν σκωπῶν.*) Nescio, pro *nostra*, quòd antea legebatur, repugnancibus antiquis libris substituit Man. quòd probatur Bosio.

9. *Quid? hinc?*) Et hæc etiam Man lectio, quæ in Cruxestabat. Bosio placet.

10. *Erant exofus.*) Legit Bos. ut est in Scidis: *quæd eram exofus;* quam restituit onem probat Lun. sed quòd *exofus* acti vè interpretatur improbat.

11. *Ὅτι ἔγωγε πολιτικῶς με geram.*) Vulg. ut *me geram, πολιτικῶς.*

12. *Πολιτικῶς.*) Vt virum reip. deditum decet, convenienter sic tui reip.

13. *Et τὴν ἑσὺν γερμῶν.*) Interiori lineam. Hunc illustravit Bos. In Scidis erat *τὴν ἑσὺν γερμῶν*: in aliis *τὴν ἑσὺν γερμῶν*, ex his conject *τὴν ἑσὺν γερμῶν*. Vici. veterem codicem habere testatur, *τὴν ἑσὺν γερμῶν teneam*; sed hic quadrare illam lectionem negat, & hanc proponit, *τὴν ἑσὺν γερμῶν*. Man. ex veteri codice ubi *τὴν ἑσὺν γερμῶν* legebatur, emendandum conjecit, *τὴν ἑσὺν γερμῶν*.

14. *Tu velim è Fabio.*) Libros veteres partim habere *est velim è Fabio.* Cæ. partim *est velim è Fabio* testatur Lamb. qui sic legit, *Tu velim è è Fabio vulg. Tu velim è Fabio.*

15. *De his rebus.*) Vulg. *de his.*

16. *Censum impendant.*) Man dicit rectius legi *impendant*, cui rejecta Bos lectione, ex mss. Pal assentitur Lun.

17. *Vitandis.*) Eisdem Man. placeret *injiciendis*, eo magis quòd in Bess. ant. quo libro scriptum est: *nitandis*, quæ conjectura Lamb non displicet, qui & in cod. Memmianis *nitandis* legit testatur.

18. *Καὶ τὸ δὲ.*) Et hoc Phocylidis.

19. *Suavis simè hercule effusus.*) Bos ex mss. sic sic edidit. Vici. legebat, *suavis mihi, rectè ἔσ' effusus*, quæ est vulgata lectio. antèd legebatur *suavis simè hercule ἔσ' effusus*. Bos lectionem ex Torn. confirmat Lamb. Viciotianam tamen non improbat, ut etiam mss. duo Palatini, teste Junio.

20. *In Cumano à se.*) Peripicue erat in Dec. *à se*, ut conjecerat Man. ex Bess. & Ferti mss. in quorum prior legebatur, *à se* in posteriori: *à se*.

21. *Haveret.*) Bosius ex Scidis, vulg. habere. Man. legit *tecum haberet*.

22. *Latrum.*) Man. placeret *Patrum*: ut sic *Papirius Patrum*, de quo ep. ad famili. 6.

23. *Puteolis est rumor.*) Hoc est principium ep. in Dec. quòd tamen cum superiori ep. conjungit vulgata editio Bosio Lun. assentitur alterius ep. principium esse.

24. *Fari assè tu putabam his rebus Puteolanis.*) Placet Vri. ut legatur, *asserit*, pro *tu putabam* et itaque rectè scriptum asserit in antiquis libris: *ut ibi quidem assètu: & proprietate, pro, propter temp.*

mehercule à ceteris oblectationibus desero: ut voluntarium, propter Rempublicam, si litteris sustentor & recreor; maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli; tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video esse ambulandum. Sed de illa ambulatione fors viderit; aut si qui est, qui caret, deus. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque, quae Cyrea sunt, velim, cum poteris, invisas; & utgeas Philotimum, ut properet; ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompejus in Cumanum Parilibus venit; misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. ad eum postredie mane vadebam, cum hæc scripsi.

CICERO ATTICO, S.

DELECTAVUNT me epistolæ tuæ: quas accepi uno tempore duas 4 ante diem 11. Kal. perge reliqua. gestio scire ista omnia. etiam illud cuiusmodi sit, velim perspicias: potes à Demetrio; dixit Pompejus, Crassum à se in Albano expectari ante Diem 14. Kal. is cum venisset, Romam esse statim venturos, ut rationes cum Publicanis putrent. quævis, gladiatoribusne? respondit, ante quam inducerentur. id cuiusmodi sit, aut nunc, si scias, aut cum in Romam venerit, ad me mittas velim. Nos hic voramus litteras cum homine mitisco (ita mehercule sentio) Dionysio, qui te omnes vos salutat. 5 *ὁ δὲ γλυκύπερος, ἢ πικρὸν ἐδίδου.* quare, ut homini curioso, ita perscribe ad me, quid primus dies, quid secundus, quid Censoris, quid Appius, quid illa populi Apuleia. denique, etiam quid à te fiat, ad me velim scribas. non enim (ut verè loquamur) tam rebus novis, quam tuis litteris, delector. Ego mecum, præter Dionysium, duxi neminem: nec metuo tamen, si ne mihi sermo desit abs te; opere delector. Tu Lucejo nostrum librum dabis. Demetrii Magnetis tibi mitto; statim ut sit, qui à te mihi epistolam referat.

CICERO ATTICO, S.

GNAIVS Romæ est. sed ego cum eo de re Halimeti vehementer Antii egi. graver se actorum cum Aquilo confirmavit. videbis ergo hominem, si voles. 8 Macro ni vix videor præsto: esse enim Idibus auctionem Larini video, & biduum præterea. id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi, velim. Sed, si me diligis, postredie

die. Kalend. cena apud me 9 cum Pilla, proprus id ro facies. Kalend. cogito in hortis Crassipedis, quati in dispersio, cenare. facio fraudem s. c. inde domum cenatus, ut sim mane præsto Miloni. ibi te igitur videbo, 11 & promonebo. Domus te nostra tota salutat.

CICERO ATTICO, S.

NOS in Tusculanum venisse A. D. xvii. Kal. Decembr. video te scire, ibi Dionysius nobis præsto fuit. Romæ A. D. xliii. Kalend. 12 volumus esse: quid dico, volumus? immo verò cogimur. Milonis nuptiæ; comitiarum non nulla opinio est. 13 ego, ut sit rata, defuisse me in altercationibus, quas in Senatu factas audio, ferro non molestè, nam aut defendissem, quod non placeat; aut defuissem, cui non oporteret. sed mehercule velim, res istas, & præsentem statum Reip. & quo animo Consules ferant 14 hunc 15 *σχυλμῶν*, rescribas ad me, 16 quantum potest, valde sum 17 *ὀξύπενος*; & si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate ajunt profectum paludatum, quam olim æqualem ejus L. Paulum, iterum Consulem. 6 hominem nequam! De libris oratoriis factum est à me diligenter. diu multumque in manibus fuerunt; describas licet. Illud etiam te rogo 18 *τιῶν παρῶσαν ἡρώδων* 19 *το ποδῶν*: ne istuc hospes veniam.

CICERO ATTICO, S.

VESTO xvvs noster me per litteras 20 fecit certior, te Roma A. D. vii. Idib. Maj. putare profectum esse, 21 tardius, quam dixerat, quod minus valuisset. si jam melius vales, vehementer gaudeo. Velim, domum 22 ad te scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cum ceteri, tum Varronis. est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo: quos, ut spero, tibi valde probabo. Tu velim, si quid forte novi habes, maxime à Quinto fratre, deinde à C. Cæsare, & si quid forte de comitiis, de Repub. (soles enim tu hæc 23 *ἰστίμησθαι*) scribas ad me. si nil habebis, tamen 24 scribas aliquid. numquam enim mihi tua epistola aut impetivata, aut loquax visa est. maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum revisas. Dionysium jube salvere. Cura, ut valeas.

1. *ὀξύπενος*. In Scidris, Tornæiano, & Crustelliano, constanter exaratum esset *Βούσιος*, & *ὀξύπενος*, quod etiam in suis mss. ita legi jam pridem testatur est Victorius, cui suspectus est hic locus; mutavit autem, *ὀξύπενος*, cui respondet sequens particula, *σε*.
2. *Αὐτὸς ἦν ἐκ τῆς*. Vulg. *ἦν ἐκ τῆς*.
3. *Ὁ δὲ γλυκύπερος*. Ita reposuit Victorius: antea legebatur, *quæ circa sit*.
4. *Ἄντιον δὲ 11. Kal.* Inponiō & rectè Manutius, ante diem 11. Kal. quam lect. omni omnibus scriptis perscriptam reperit in decurrato Bofius, antea legebatur *11. Kal.* quod etiam in omnibus mss. quos vidit, ita legi esset Manutius.
5. *Ὁ δὲ γλυκύπερος*. Nihil dulcius, quam omnia nōsse.
6. *Νεμὶ σερὸν ἀπὸ τῆς οὐχ. το 2. ὀπὲρ δὲ δὲ δὲ.* Ita legi in Tornæiano, testatur Lambinus sed verba hæc, *quæ magnis*, omiſſa à librario putat, Victorium autem qui testimonium aliquot Luvii nixus volebat, *ὀπὲρ*, esse adverbium, refellit, doceretque vitiosè, *ὀπὲρ* scriptum esse sine diphthongo. Bofianam lectionem vetinet Junius.
7. *Ἄντιον ἐστὶ*. Vulg. ante 11.
8. *Μακρονὶ vix videor præsto*. esse enim idibus auctionem Larini vides. Victorius melioris notæ librum sic habere testatur, *Μακρονὶ vix videtur præsto esse cum auctionem Larini vides*, & idem præterea quod corruptum fuit, *stare* & illud quod edidit, *Μακρονὶ vix videtur præsto esse, cum auctionem Larini vides*, & *idem præterea*. Bofius autem aliter distinxit, & vocem *idibus*, quæ in Victoriano nulloquam apparebat, ex veteribus suis restituisti. Vulg. *Μακρονὶ vix videor præsto esse*. *Idibus enim auctionem*, &c.
9. *Cum Pilla*. Vulg. cum Pilla.
10. *Facies*. Vulg. *Facies*.
11. *Et promonebo*. Quod erat in Scidris & Tornæiano Bofius edidit, ut etiam legendum prius censuerat Manutius. Malasp. vult legi *promoneo*, Lambino teste, qui placet magis lectio, quæ in uno codice mss.

reperitur, ea autem talis est, *Et promonebo*. Bofii lectionem confirmat Junius.
12. *A. D. xvii. volumus esse*. Vulg. ad xvii. Kal. volumus esse.
13. *Ego, ut ferat, affuisse me, &c.* Depravatè Tornæi. & Crustellian. & Huralianus, *ego, ut ferat*, quod ita planè legi in suis mss. testatur Victorius. Emendavit ex Decurrato Bofius, *ego, ut ferat*, cui lectioni assentitur Lamb. præterquam pro 13, legit 13.
14. *Hæc σχυλμῶν*. Victorio debetur hæc ex antiquo suo restituitio. prius legebatur, *hæc ὀξύπενος*.
15. *σχυλμῶν*. Vastationem, molestiam.
16. *Quantum potest valde sum ὀξύπενος*. Planè exaratum erat in Decurrato, quomodo edidit Bofius, *potest valde*. Aliter autem legit & distinguunt vulgus, *quantum potest valde*. *sum ὀξύπενος*.
17. *ὀξύπενος*. Famelicus, avidus cibi, avidissimus ut fame percitus.
18. *Τῆς παρῶσαν*. Præsentem statum reip. subjectâ redi ejus formâ.
19. *Τῶν ποδῶν*. Vulg. *τῶν ποδῶν*.
20. *Facies*. Vulg. *Facies*.
21. *Tardius quam dixerat*. Dixerat, quod corrigi Tacitus, legendum videtur *Vrsino*.
22. *Ad te scribas*. Sic Lambino teste legitur in Tornæiano, quod ex mss. Palat. sequitur Junius. Vulg. *ad te scribas*.
23. *ἰστίμησθαι*. Victorius testatur mss. libros tegere *ἰστίμησθαι*, quod etiam Germani in margine sui codicis adnotarunt.
24. *Scribas ad me*. Vulg. *conscribas*.

CICERO ATTICO, 9

DE Eutyichide gratum; qui vetere prænominē, novo nomine T. erit Cæcilius; ut est ex me, & ex te junctus Dionysius M. Pomponius. valde mehercule mihi gratum, si Eutyichides tuam erga me benivolentiam cognosceret, 1 & suam illam in meo dolore *συμπάθειαν* neque tum mihi obsecrari, neque post ingratiā fuisse. Iter Asiaticum tuam puto tibi suscipiendum fuisse. numquam enim tu sine *justissima causa* tam longē à tot tuis & hominibus, & rebus carissimis, & sua vixissimis, abesse voluisses; 2 sed humanitatem tuam, amoremque in tuos reditus celeritas dēclerabit, 3 sed vereor, ne lepore te suo detineat diutius rhetor Clodius, & homo pereruditus, ut ajunt, & nunc quidem deditus Græcis litteris 4 Pituanios. sed, si vis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. eum illis tamen, cum salvi venerint, Romæ vivere licebit. 5 Havere te scribis, accipere aliquid à me litterarum; dedi, ac multis quidem de rebus, 6 *ἡμερολογηδόν* (ut quæque singulis diebus acciderunt.) perscripta omnia. sed, ut conficio, quoniam mihi non videris in Epiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. genus autem moarum, 7 ad te quidem, litterarum ejusmodi ferē est, ut non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eam redditurum. Nunc Romanas res accipe, A. D. III. Non. Quint. Sufenas & Cato absoluti: 7 Procilius condemnatus. ex quo intellectum est, 8 *πρωτορειοπαγίτης* ambitum, comitia, interregnum, majestatem, totam denique rempublicam non facere, 9 debemus patrem familias *domi sue* occidere nolle; neque tamen id ipsum abunde. nam absoluerunt XXI, condemnarunt XXIIX, Publius sanè diferto epilogo criminans, mentes judicum moverat. Hortulus in ea causa fuit, cujusmodi solet. nos verbum nullum, 11 verita est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animi in Publio offenderet. His rebus actis, 12 Reatinū me ad sua 13 *πέμπη* duxerunt, ut agerem causam contra Interamna-

teis apud Consulem, & decem legatos; quod laeus Vellinus, 14 à M. Curio emissus, intercisso monte, in Nar defluit: ex quo est illa siccata, & humida; tamen modicè 15 Rosia. Vixi eum Axio 16 quin etiam me ad Septem aquas duxit. Rediī Romam Fontei causa 17 A. D. VII. Idus quieti. veni in spectaculum; primum, magno & æquabili pluvio; (sed hoc ne curaris; ego inepius, qui scripserim) deinde, Antiphonti operam. is erat ante manumissus, quàm productus. ne diutius pendēas, palmam tulit. sed mihi tam pusillum, nihil tam sine voce, 18 nihil tam. verum hæc tu tecum habere. in Andromacha tantum major fuit 19 quàm Astya. nam in ceteris parem habuit neminem. quaris nunc de Arbuscula: valde placuit. Ludi magnifici & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. ardet ambitus: 20 *σήμερον δὲ τοι ἐγὼ* foenus ex triente Idibus Quint. factum erat bestibus. dices, istuc quidem non molēdē sero, o virum, o civem. Memmii Cæsaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium Consulem junxerunt; qua pactione, epistolæ committere non audeo. Pompejus tremet, queritur, Scauro studet: sed utrum *fronte, an mente*, dubitatur. 21 *ἐξοχή* in nullo est. pecunia omnium dignitatem æquat. Messalla languet: 22 non quo aut animus desit, aut amici: sed coitio consulum, & Pompejus obfunt. 23 ea comitia, puto fore, ut ducantur. Tribunitii candidati jurarunt, se arbitrio Catonis petituros. apud eum n. s. quingena *deposuerunt*; ut, qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. hæc ego pridie scribebam, quàm comitia fore putabantur. sed ad te v. Kal. Sext. si facta erunt, & tabellariis non erit profectus, tota comitia perscribam: quæ si, ut putantur, gratuita fuerint; plus unus Cato potuerit, quam omnes quidem judices. Messius defendebatur à nobis, & legatione revocatus, nam cum 24 Cæsari legaret Appius. Servilius edixit, ut adesset. tribus habet 25 Pominam, Vellinam 26 Maciam. pugnatur acriter; agitur tamen

1. *De suam illam.* Expressit Bosius scripturam Decurtati. *Et suam illam.* Mala sp. legit. *suam illam* sed ex conjectura. vox illa. *deest* in vulg.
 2. *Ad humanitatem tuam.* Iam vocem illam sed, quam ab oscitante librario scriptam esse dicit, delendam censet.
 3. *Ad rectoris ne lepore te suo detineat diutius rhetor Clodius.* & homo pereruditus ut a. vult. Addidit Bosius ex fide Decurtati prænomen, *re*, post vocem *lepore* & pro *rektor* Clodius restituit, *rektor* Clodius. vulg. sic legitur: *sed rector ne lepore suo detineat diutius Pr. Clodius* & hinc perinde videtur, ut ajunt.
 4. *Pituanios.* Bosius hoc vocabulum corruptum fatetur; sed ex ms. sic edidit dividuat interim, *D. Pituanios*. Manutius depravatit dictionem, unius litteræ mutatione se correxisse dicit, legitque *Pituanios*, cui adfuitur Junius.
 5. *Havere.* Vulg. *avere*.
 6. *ἡμερολογηδόν.* Victorio ex antiquiori suo debetur hæc restitutio: prius legebatur, *ἡμερολογηδόν*.
 7. *Ad te quidem litterarum.* Quidem deest in vulg.
 8. *Procilius condemnatus.* Vindicat sibi hujus loci emendationem Velleum enim Procilius antea legeretur, Manutium autē se admonuit, Procilius, repositus; cum tamen antea sic edendum curasset. Victorio testatur in ms. legi Procilius condemnatus.
 9. *Τρωτορειοπαγίτης.* Ekinios Areopagitas. Vulgæ. tres *πρωτοπαγίτης*.
 10. *Debemus.* Mala abfuisse scribit à quibusdam suis verbum hoc, *debemus*; Bos contra in omnibus suis id exaratum reperit: nec abesse posse asserit sine magno sententiæ incommodo.
 11. *Verita est enim pusilla, quæ nunc laborat.* Locum hunc à mendis quibus scatebat, vindicavit Bosius. Tornæsi. Hurale & Cruselli sic habebant: *veritas est enim pusilla ut animum Publico offenderet*: eademque ferē erat lectio in Decurtati, extra quàm, quod pro, *animum Publico*; edebat, *animi in Publico*, atque ita extendendum curavit: id præterea mutavit, quod pro, *veritas*, repositus, *verita*. & pro, *offenderet*, *offendebat*; ut totus locus ita conciperetur, *verita est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animi in Publico offenderet*. Manutius in hoc verborum ambitu mendam 12. *erit videns*, sic restituit conatus est, *verita est enim pusilla, quæ nunc laborat, ut animum Publico offenderet*; vel, ut animus Publico offenderet. Junius ex ms. Palat. vulgaram lectionem, quæ sic se habet, *veritas*

est enim pusilla, quæ nunc laborat, ut animum Publico offenderet, profus sequitur, una littera mutata legendo, *offenderet* pro *offendret*.
 12. *Reatinū me ad sua πέμπη.* Victorio emendaverat *Reatinū me ad sua πέμπη*, cum prius legeretur, *Reatinū me ad sua tempora*.
 13. *Τέμπη.* Amantissima loca.
 14. *A. M. Curio.* Sic legendum auctore Manutio, non vero à M. Curio.
 15. *Rosia.* Sic in duobus antiquis libris Cavalcantis & Bosiar. Est tamen cur aliquid desideret Manutius, cui placeret tale quippiam, ex quo *est illa quidem siccata, sed humida tamen modicè Rosia*: vulgò, etiam legitur, *Rosia*.
 16. *Quingena.* Vulg. *Qui etiam*.
 17. *A. D. VII. Id. Quinti. veni in spectaculum.* Alia est lectio & distinctio vulgata v. l. *Id. Quinti. veni in spectaculum primum, & c.*
 18. *Nihil tam.* Verum hæc tu tecum habere. Sic habent omnes libri ms. Lambino teste, neque etiam Manutius improbat. sed Mala sp. non placet, qui suspicatur legendum, *nihil tam vixitum*. Bosius lectionem legitur Junius. sed aliter distinguit vulgus, *nihil tam vixitum*. Hæc tu tecum habere.
 19. *Quam Astya nam in ceteris.* Omnes ad unum Bosius ms. *quam Astyanam*, unde distinctio illa duo vocabula, quæ in unum coalescerunt: Victorio etiam testatur in suo veteri codice legi *Astyanam*; unde legendum conjectit *Astyanam*; quidam libri legunt, *quam Astyanam*, nam in ceteris *Færnus* deletam.
 20. *Σήμερον.* Signum autem tibi dicam.
 21. *ἐξοχή in nullo est.* V. l. *ἐξοχή nulla est*.
 22. *Non quo aut animus desit, aut amici.* Victorio hujus loci emendatio debetur, cuius in veterē ms. exstarat erat; non quo animus desit, aut amici. antea legebatur, *non quo animus desit, aut amici caritas*: quod ultimum vocabulum in ms. ex parte negat.
 23. *Ea comitia, puto fore, ut ducantur, Tribunitii candidati.* Hæc est lectio & distinctio Victorio. præterquam quod pro, *es legi*; sed. antea legebatur, *ex comitiis puto fore, ut ducantur Tribunitii*. Bosiaris in scribent Pompejus abfuit est & comitia.
 24. *Cæsari legaret Appius.* Victorio antiquus, *legaret*, non *legaret*; quod etiam Germani adnotant in margine sui libri.
 25. *Pominam.* Vulg. *Pontinam*.
 26. *Maciam.* Vulg. *Meciam*.

fatis. deinde me expedito ad Drusum, inde ad Scaurum. parantur orationibus 1 indices gloriosi. fortasse accedent etiam consules designati: in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit. Ex Quinti fratris litteris suspicor jam eum esse in Britannia. suspensio a nimo suspecto, quid agat. illud quidem sumus adepti, quod multis & magnis iudiciis possumus iudicare, nos Cæsari & carissimos, & jucundissimos esse. Dionysium velim salvere jubas, & eum roges & hortere, ut quamprimum veniat, ut possit Ciceronem meum, atque etiam me ipsum, erudire.

CICERO ATTICO, S.

16 OCCUPATIONUM mearum vel hoc signum erit, quod epistola ibarii manu est. De epistolarum frequentia te 2 nihil accuso. sed 3 pleraque tantummodo mihi nuntiabant, ubi esses, quod erant abs te: vel etiam significabant recte esse: quo in genere maximè delectarunt duæ ferè eodem tempore abs te Buthroto datæ. scire enim volebam, te commodè navigasse. sed hæc epistolarum frequentia non tam ubertate sua, quam celeritate delectavit. illa fuit gravis, & plena rerum, quam mihi Paccius, hospes tuus, reddidit, ad eam rescribam igitur, & hoc quidem primum? 4 Paccio te & verbis ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet, itaque in intimi est meis, cum antea notus non fuisset. nunc pergam ad cetera. Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus. sed nosti genus dialogorum meorum: ut in oratoris, quos tu in calum fers; non mentio potuit fieri cuiusquam ab his, qui disputant, nisi ejus, qui illis notus, aut auditus esset. hanc ego de republica quam institui, disputationem in Africanum personam, & Philii, & Lælii, & Manlii contuli. adjuvni 6 adolecentes, Q. Tuberonem, P. Rutilium, duo Lælii generos, Scævolum, & Fannium. itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor proœmiis, ut *Ἐπιπέλας* in iis, quos 7 *Ἐπιπέλας* vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placere, utinam modò conata efficere possim. rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum & gravem, & plurimi otii, quo ego maximè egeo. Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scævola: non eam temerè dimovi: sed feci idem, quod in *πυλάειος* deus ille noster Plato. cum in Piræum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem & festivum senem; quoad primus ille sermo haberetur, ad eum in disputando

senex: deinde cum ipse quoque commedisset locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere; neque postea revertitur. credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone *διυπνίου* remississet. multo ego satius hoc mihi cavendum putavi in Scævola; qui & ætate, & validudine erat ea, qua esse meministi; & iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plureis dies esse in Crassi Tusculano; & erat primi libri sermo non alienus à Scævola: studiis. reliqui libri 8 *πυλάειος* habent, ut scis. 9 huic joculariorem senem illum, ut noras, interesse sanè nolui. De re filie, quod scribis, erit mihi cura. 10 etenim est luculenta res. Aureliani, ut scribis, iudicis; & in eo me etiam Tullia meæ venditabo. Vestorio non desum, gratum enim tibi id esse intelligo; & ut ille intelligat, curo. sed scis, qui? cum habeat 11 duo faciles, nihil difficilium. Nunc ad ea, quæ quæris de C. Catone, Lege Junia, & Licinia scis absolutum. 12 Fufia ego tibi nuntio absolutum iri; neque patronis suis tam libentibus, quam accusatoribus. 13 tamen & mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus à Lucretio; iudicibus rejiciendis 13 A. D. Non. Quint. 14 De Procilio rumores non boni; sed iudicia nostri. Hirrus cum Domitio in gratia est. s. c. quod hic consules de provinciis fecerunt, quicumque *Ποστίας*, 15 non mihi, ut qui jam intelligebamus enuntiationem illam Memmii valde Cæsari displicere. Messalla noster, & ejus Domitius competitor liberalis in populo valde fuit. 16 nihil gratius, certiorant consules. ac Senatus decrevit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret. ab iis consiliis, quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos, magnus timor candidatorum, sed quidam iudices, in his 17 Opimius *Ποστίας*. Antius, Tribunos pl. appellarunt, 18 ne injussu populi iudicaret. res cedit. comitia dilata ex s. c. dum lex de tacito iudicio ferretur. venit legi dies; Terentius intercessit. Consules, qui illud *levi brachio* egissent, rem ad Senatum detulerunt. hic Abdera, non tacente me, dices, tamen tu non quiescis? ignosce, vix possum. verum tamen quid tam ridiculum? Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: si quid intercessisset, res integra referretur, cepta ferri leviter intercessum non invitis: res ad Senatum: de ea re ita censuerunt; comitia primo quoque tempore 19 haberi esse è re. Scaurus, qui tera paucis diebus illis absolutus, cum ego patrem ejus orna-

Iii 4 tissimè

1. *libris quibus* Volg. iudices iudicis. 2. *Nihil accuso* Volg. accusabo. 3. *Pleraque tantummodo mihi nuntiabant, ubi esses* Bess. libet, pleraque tantummodo mihi nuntiabant ubi esses. 4. *Paccio te & verbis ostendi* Volg. Paccio te & verbis ostendi. 5. *Non mentio potuit fieri* Volg. non potuit mentio fieri. 6. *Adolecentes* Volg. adolecentes. 7. *Ἐπιπέλας* Populaaes. 8. *πυλάειος* Tractationem artis: disputationem de præceptis artis. 9. *Huic joculariorem senem illum, ut noras, interesse sanè nolui* Vich. legit, huic joculariorem disputationem senem illum, ut noras, interesse. Cæc. quæ etiam est vulgata lectio. Dicitur autem hæc disputationem à tribus antiquis libris, Bessironis, Cavale Ferri abest, etiam à codicibus Memmian. & Tornæi absque his quos habuit Mal. teste Lambino; qui tamen vocem hæc disputationem, et tenebam; interpreti a verbis tollendam consert. Victoriationem probat Iun. quam uno consensu miss. Palatinos retinere dicit. 10. *Etenim est luculenta res* Aureliani ut scribis iudicis. Sic habent Bessironis & Ferri libri, quod etiam non improbatur Lambino, qui tamen legitur in Volg. etenim est luculenta res. Aureliani ut scribis iudicis. 11. *Duo faciles* Iun. legendum putat esse faciles; vulg. duo faciles. 12. *Fufia* Volg. Fufia. 13. *A. D. Non. Quint.* Volg. ad V. Neuar. 14. *De Procilio* Veteres suos cod. sequutus Bosius, de Procilio ex-

15. *Non mihi* Codices Torn. & Cruf. non mihi, ut qui unde opinor Bosius non mihi, ut qui, Cæc. Bess. & Cavale libros, non mihi, ut quod habere testatur Man. qui mendam latere agnoscens, sic conatur restituere. *Quid hic Consules de provinciis fecerunt, quicumque posthæc, non nihil Pompei iam intelligebamus* Cæc. vulg. pro non mihi habebamus tibi. 16. *Nihil gratius, certiorant consules. Senatus decrevit* Aliter legit & distinguit Iun. ex miss. Pall. nihil gratius certiorant COS. ac Senatus, Senatus decrevit. 17. *Opimius VEIE. TRO. Antius Tribunos pl. appellarunt* Locum hunc depravatam emendavit Bos Exemplar Torn. *Veientianus*. Scidæ, *Veientianus*, recte, modo ita distinguitur, *Opimius VEIE. TRO. Antius*. Lamb. Octavii Panagathi conjectura approbata legitur in hinc *Opimius Veientianus Tribunos pl* In libro Caval. *Veientianus* Iun. Bosium rectè præeuntem sequitur. vulgo sic: *Opimius Veientianus, Antium tribunos pl. appellarunt*. 18. *Ne injussu populi iudicaretur, res cedit, comitia dilata* Bos improbandam lectionem Man. *res ad Senatum*, quod nimis discreparet à veteri scriptura, *res cedit*, potestatem hanc ducit, *res cedit*, quæ repetitur, *nequa*, & sine ulla varietate in codice Anton. teste Lamb. qui Man. conjectura nihil putat fingi probabilis. Iun. ex conjectura, *res cedit*, vel *sedis*. vulg. *ne injussu populi, iudicaretur, res cedit, comitia dilata*, Cæc. 19. *Haberi esse è re* Libri formis impressi habent *conferre* pro *ferre* hoc enim non coherens *conferre* in *comitia conferre* in *locutus*, *haberi esse è re*, ad contextu Bol. *haberi esse è re*.

rius in defendissimam obnuntiationibus per Sexvolum interpositis, singulis diebus usque ad pridie Kal. Octobr. quo ego hinc die scripsi, sublatis, populo tributum domi lux satisfecerat. sed tamen et est uberior liberalitas hujus, gratior esse videbatur eorum, qui occupant. Cuperem vultum videre tuum, cum hac legeres. nam profecto a rem haves vinulam, hac negotia multarum bundinarum fore. sed senatus hodie fuerat futurus, id est Kal. Octobribus. jam enim luciferi ibi loquetur, prater Anxium & Favonium, liberè nemo. nam Cato ægrotat, de me nihil timueris: sed tamen promitto nihil. Quid quæris? aliud: judicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse videntur, tres candidati fore rei putabantur, Domitius à Memnio, Messalla à Q. Pompejo Rufo, Scaurus à Triario, aut à L. Cæsare. quid poteris, inquires, pro iis dicere? ne vivam, si scio. in illis quidem tribus libris, quos tu dilaudas, nihil reperio. Nunc ut opinio rem habeas reum, ferendum est. quæris, ego me ut gesserim? constanter & liberè. quid ille, inquires, ut ferebat? humaniter, meæque dignitatis, quoad mihi satisfactum esset, habendam sibi rationem putabat. quo modo ergo absolutus? omnino *ἡσυχία γυναικῶν*: accusatorum incredibilis infantia id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes prævaricatum; deinde Pompeji mira contentio; judicium fordes, atamien xxxii. condemnant, xxxli. absolventur. iudicia reliqua impendent: nondum est plane expeditus, dices, tu ergo hac quo modo fers? bellè me hercule, & in eo me valde amo. amissimus, mi Pompei, omnem non modo succum, ac sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam civitatis. nulla est re publica, quæ delectet, in qua acquiescam. idne igitur, inquires, facile fers? id ipsum. recordor enim, quàm bella paulisper, nobis gubernantibus, civitas fuerit: quæ mi-

hi gratia relaxa sit, nullus dolo meangit; unum omnino posse, & dirumpuntur ii, qui me aliquid posse dolerunt: multa mihi dant solatia: nec tamen ego de meo statu demigro: quæque vita maximè est ad naturam, & ad tam me refero, & litteras, & studia nostra: dicendi laborem delectatione oratoria consolor. domus me, & cura nostra delectant. NON RECORDER, unde ceciderim, sed unde surrexerim, fratrem mecum, & teli habebom, per meista 10 pedibus trahantur. vobis *ἡμφιδοσφύσαι* possum, locus ille animi nostri, stomachus ubi habuabat olim, concalluit, privata modò, & domestica nos delectans. miram securitatem videbis: ejus plurimæ hercule partes sunt in tuo reditu. nemo enim in temis est mihi tam consentientibus sensibus. Sed accipe alia. Res sunt ad interregnum; & est nonnullus odor Dictatura: sermo quidem multus; qui etiam Gabinium apud timidos iudices adjavit. Candidati Consulares omnes rei ambitus. accedit etiam Gabinus: quem P. Sulla, non dubitans r quin foris esset, postularat, contradicente & nihil obtinente Torquato. sed omnes absolventur; nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit, hoc tamen agitur severius. itaque 12 indicia valent. M. Fulvius Nobilior condemnatus est. multi alii urbani respondent quidem. Quid aliud novi? 13 & tamen, absoluto Gabinio, stomachantes alii iudices, horâ post, Antiochum Gabinium, 14 nescio quem è Sopolidis pictoribus, libertum, ac accessum Gabini, lege Papiæ condemnant, itaque dixit statim 15 reus P. lege Majestatis: 16 & *ὁ οὐδ' Α εὐς ἀμρ Παιφιν*? 17 Pontinus vult A. D. 17. Non. Novemb. triumphare. huic obviam Cato, & Servilius Prætoris aperte, & Q. Mucius Tribunus; negant enim latum de Imperio: & est latum hercule insulse. sed erit quæ Pomtino Appius consul. Cato tamen affir-

1. *Ubi uberior liberalitas hujus, gratior esse videbatur eorum qui occupant.* A. U. in antiquorum librorum hunc locum forte inquinatum purgavit Vict. ante legebatur, liberalitatis hujus gratior.
 2. *Rem haves vinulam.* Bos omnes m. habebant, n. l. m. prater Dec. in quo erat, n. nullam, unde Bos. coniecit vinulam. Ion. m. f. Pal. fidem sequutus leg. *ἡσυχία γυναικῶν*, rem non habet nullam.
 3. *Luciferi.* Hunc etiam locum antiqui sui adnotatus restituit Vict. in illo legebatur, *jam enim luciferi tibi loquetur*, addendo autem litteram, verbo *luciferi*, detractam à loquenti dictione, & interpungendo periphrasim sic sensus ante legebatur, *jam enim tibi luciferi loquetur*, vulgò *luciferi*.
 4. *Quæ tu dilaudas.* Sic emendavit Vict. Libri n. teste Lamb. cui hæc emendatio probatur, habent, *quæ tuis laudas*, unde Patheus vult scribi, *quæ tu adeo laudas*. Ion. ex m. f. Pal. *quæ tuis laudas*.
 5. *Nunc ut opinio rem habeas ferendum est.* Totum hunc locum, ab his verbis, *nunc ut opinio rem habeas*, quæque ad illa verba Pacciana epistola referuntur, qui in vulgata editione in sequentem epistolam rejectus est; hic adfertur Bos. quod Man. Mal. Lamb. ante viderant, Ion. etiam ex m. f. Pal. confirmat. Ceterum hæc est conjectura Bos. cuius omnes m. habent, *nunc ut opinio rem habeas*, quæque, quam lectorem Ion. ex m. f. Palat. amplectitur, vulgò *Nunc de Gabinio habes absolutus. Verum ferrudam est*.
 6. *Omnia ἡσυχία γυναικῶν.* Lamb. nuda. Erat in m. Tokozf. ΠΟΡΠΑ ΠΥΜΝΑ: in Decur. ΠΟΡΠΑ ΠΥΜΝΑ, inde coniecit ΓΟΡΡΕΙΑ ΓΥΜΝΑ. Bos. ex perturbatis litteris emendaverat Man. *ἡσυχία γυναικῶν*, quod valet totum. Eratius Steph. quasi propius accedens ad scripturam, antiquam legendum *ἡσυχία γυναικῶν*, id est, *proventus senectutis*, & vocem *omnino*, ut ex interpretatione natam delectam putabat. Olim Lamb. lectione Steph. non improbat, placebat emendatio Man. sed postea Bussi conjecturam tanquam genium amplexus est, omnibusque anteposendam duxit, vulgò *omnino* ΠΟΡΠΑ ΠΥΜΝΑ. Claud. Dausqueus, ad specto per se scilicet verbo Græco, & illo prævaricatum, ac totum corpore sententiæ perfectò, restituebat ΠΕΡΠΕΡΕΥΜΑ, ac si dicat, *prævaricatio legitur*. Lentulon fremunt omnes prævaricatum, usurpat id vocis Vull. lib. A. Epist. *ἡσυχία γυναικῶν*, & alibi.

7. *Omnia non modo succum.* Ex scidis & Torn. Bos. edidit *omnem* nunc modò, non ut in vulgò *omnem* modò.
 8. *Dirumpuntur.* Vulgò *dirumpuntur*.
 9. *Ad tam me refero.* Lamb. legendum *confero*, ad tam me refero, ad litteras, &c.
 10. *Præibus trahantur.* Euseb. legit *trahantur*, vulgò *trahuntur*. Gul. legebat *isti*, pro *ista*.
 11. *Quia foris esset.* Foris, habet Vrsini lib.
 12. *Indicia valent.* Vulgò *iudicia valent*.
 13. *Et tamen accessum Gabini.* Mur. legit *accessum*.
 14. *Nescio quem è Sopolidis pictoribus.* Litteræ R. & S. ad eos ambigua forma expressæ sunt in codice Torn. ut vix alteram ab altera internolescas, incertumque sit Sopolidis, an Sopolidis exaratum sit. quæ re olim indoctos Bos. putavit legendum esse, è *Sopolidis pictoribus*, auctores; fuit Lamb. ut ita corrigeret: verum postea auctus codicem Decur. ubi esset scriptum est *Sopolidis*, errorem suum agnovit, itaque non edidit, è *Sopolidis pictoribus*, ut plane est in Decur. & Tornasiano, nisi quod ab hoc abest propositio, è vulgò legitur, *quæque non solida præstitibus*.
 15. *Reus P. lege majestatis.* Scripturam Decur. Bos. expressit illud præbent à vulgatis, Ion. ex m. f. legit *Papia lege*.
 16. *ὁ οὐδ' Α εὐς ἀμρ Παιφιν.* Nonne reperisset in optimo illo Decurran. ΟΥ ΣΟΛΛΑΡΗΣΑΜΑ ΑΦΙΝΙ, veteris scriptoræ vestigijs ductus aliam lectionem asserit Lamb. quam à Bos. accepisse dicit, & *ὁ οὐδ' Α εὐς ἀμρ Παιφιν*: Mur. sic emendare, conatus est, & *ὁ οὐδ' Α εὐς ἀμρ Παιφιν*, ex m. f. Pal. tanta Ion. dixit statim reus Papiæ lege majestatis, & *ὁ οὐδ' Α εὐς ἀμρ Παιφιν*, sive ut alii volunt, *ἀμρ Παιφιν*, nihil tibi cum Paphia Venere, vulgò, ΟΥ ΣΟΙΜΠΙΣΑ ΜΑΦΙΝ. Dausqueus, lectis aliorum conjecturis conabatur, ΟΥΚ ΕΝΕ, ΠΕΙΣΑΜΗΦΗ, non persuasit, inquit, mihi à iudicibus, apud quos ratio juris prostrata est, condemnatum iri, fundatur ex antepæsi, sed omni absoluteque, &c. putabat item legi posse, ΟΥΚ ΕΜΕΡΙΣΑ ΜΗΝ ΕΦΗ, non tribuit bonis muneribusque gratiam iudicum non proleatavi.
 17. *Pompinus vult A. D. 17.* Vulgò Pompinus vult ad 17.

mat, se vivo illum non triumphare. id ego puto, ut multum ejusdem, ad nihil recesurum. Appius sine lege, suo sumtu, in Ciliciam cogitat. Pacciana epistola respondit. cognosce cetera. Ex fratris litteris incredibilia quaedam de Caesaris in me amore cognovi: eaque sunt ipsius Caesaris uberisimiliteris confirmata. Britannici belli exitus expectatur. constat enim aditus insulae esse & munitos mirificis molibus, etiam illud jam cognitum est, neque argenti & scripulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem praedae, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te litteris, aut musicis eruditis expectare. Paulus in medio foro basilicam jam panem texiit isdem antiquis columnis: illam autem, quam locavit, facit magnificentissimam. quid quaeris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. itaque Caesaris amici (me dico & Oppium: dirumparis licet) in monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, & ut forum laxaremus, & usque ad atrium liberatis explicaremus, contempsimus, sexcentis & s. cum privatis non poterat transigi minore pecunia. efficiemus rem gloriosissimam. nam in campo Martio septa & Tributus comitis marmorea sumus, & tecta facturi: eaque cingemus excelsa porticu: ut mille passuum conficiatur. simul adjungetur huic operi Villa etiam publica. Dices, quid mihi hoc monumentum proderit? & quid? celabo te res Romanas? non enim te puto de lustro, quod jam desperatum est, aut de iudiciis, quae lege Coctia fiant, quaerere. Nunc te objurgari patere, si jure scribis enim in epistola, quam 7 C. Decirius mihi reddidit, Bathoro datam, in Asiam tibi eundem esse te arbitrari. mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum; sur abis totiens, & tam longe abes. sed hac mallem integra te, tecum egisse, profecto enim aliquid egissem. nunc reprimam susceptam objurgationem, & utinam valeat ad selectitatem reditus tui. Ego ad te propterea minus saepe scribo, quod certum non habeo, ubi sis, aut ubi futurus sis. huic tamen nescio cui, quod videbaturis te visurus esse, putavi dandas esse litteras, tu quoniam statum te in Asiam esse putas, ad quae tempora te te expectemus, facias me certiores velim, & de Euty-chide quid egeris.

CICERO ATTICO, S.

17. EXPECTATAS mihi tuas litteras: gratum adventum: & constantiam promissi, & fidem miram: & navigationem mandam: quam mehercule ego valde time-

bam, recordans superioris & tuae transmissionis diffusi- sed nisi fallor, citius te, quam scribis: video, credo enim te putasse, tuas mulieres in Apulia esse: quod cum secus erit, quid te Apulia moretur? nam Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus 12. utinam ego ex intervallo regu- standus. Quinto hinc advolas, 13. & in visis illius nostrae Resp. germina? ne pura, vide, nummis ante comitia tribu- titis uno loco divisit, palam inde absolutum Gabinium, detur esse valiturum. De Messalla quod quaeris, quid scribam nescio: 14. numquam ego vidi tam patres candi- datos. Messallae copias nosti. Scaurum Triarius reum fecit. si quaeris, nulla est magnopere commota 15. ut 16- trobleta, sed tamen habet Aedilitas ejus memoriam non ingratam: & est pondus apud rusticos 16. in patri memoria. reliqui duo plebeji sic exquantur, ut Domitius valeat a- micitis, adjuretur tamen non gratissimo munere: Mem- nius Caesaris commendatur militibus, Pompeji Gallia ni- ratur, quibus si non validerit, putant fore aliquem, qui comitia in adventum Caesaris derudat, Catone praesertim ab- soluto. Ab Quinto fratre, & a Caesate accepi A. D. 11. Kalend. Novemb. litteras, confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia, 17. datas: & litteris Britanniz. proximo A. D. 11. kalend. Octob. exercitum Britannia reportabaw. Q. Filius erat jam ad Caesarem profectus. Tu, si aut amor in te est nostri, ac tuorum, aut ulla varietas, aut si etiam sapis, ac frui tuis commodis cogitas, adventare & prope adesse jam debes. non mehercule a quo animo te caere, te autem quid mi- rum, qui Dionysium tantopere desiderem? quem quidem abs te, cum dies venerit, & ego, & Cicero meus flagitabit. Abs te proximas litteras habebam, Epheso A. D. v. Id. Sext. datas.

CICERO ATTICO, S.

Puro te existimare, me, nunc oblitum consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere, quam solebam: sed, cum lota & itinera tua nihil habere certi video, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cui- quam, nisi ad te ipsum proficiscenti, dedi litteras: & ne- que enim sunt ex epistola nostrae, quae si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensa sit: quae tantum habent myste- riorum, sur eas ne libraris quidem ferè committemus. 19. Lepidum quo exedat: Consules flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus pallium in senatu recita- vit, quam ipse & suus competitor Domitius cum consu- libus

1. Non ut triumpharet. Bessar. liber. non triumphaturus.
 2. Maxima utriusque molibus. Lamb. cessatur veterem codicem habere, missas, sed quia vales, exputare non patet. In leg. maverat utriusque molibus.
 3. Scripulum. Vulg. scripulum.
 4. Tecta facturi. Necem hanc fecerunt, delect Lamb.
 5. Tributus comitis. Sic habent Bessar. & Crivell. antiqui libri. Ceteri Mancoi probatur hanc lectio: Vulg. tributus comitis.
 6. Quod tibi dicitur Romanis. Decurari lectionem Bof. edidit. Non ex conjectura, quod labori habet, ut Romanis. Vulg. ad quid laborantur res Romanas.
 7. C. Decirius. Reposuit Man. C. Decimus, ut Cavale. Ferri & Bessar. libri habent.
 8. Ut abis totiens, & tam longe abis. Videt hanc lectionem Bof. veteri esse confirmant. Vulg. ut abis & tam longe abesse.
 9. Utinam valeat. Torn. ante vocem, utinam, hoc amplius habebat, hoc quod dicitur tamen, quae verba e glossemate quodam manarunt.
 10. Exspectamus. Vulg. respicimus.
 11. Navigationem mandam. Graecam hoc vocabulum deest in vulg.
 12. utinam ego. Atticismus, sive orationis locus.
 13. Et utinam illius vestra respiciat. Bof. hanc est restitutor. Torn. genui. Decurari, germina, inde conjecit germina. Lamb. verò edendum maverat. C. utinam illius vestra respiciat. P. utinam illius vestra respiciat.

14. Numquam ego vidi. Ego, deest in Vulg.
 15. Syptrabeta. Consensus naturae, convenientia sive conjunctio terrarum.
 16. In patri memoria. Vulg. in patri memoria.
 17. Datas & litteris Britanniz proximo A. D. 11. Kalend. Vulg. datas & litteris Britanniz proximo A. D. 11. Kalend.
 18. Neque enim sunt ex epistola nostrae. Post verbum sunt, Decurari addit vocem, & quae in vulg. desideratur, quod etiam Lamb. videt.
 19. Lepidum quo exedat. In Bof. videtur littera mutatione, ex Decurari conjecit in quo sequebatur exedat. Codices Torn. Crul. & Haral. nihil hic a sferantia vulgatis Lamb. legi, lepidum quo exedat. Bessar. liber exedat. Emendantes, ut videri quod exedat, propius à recepta scriptura abire vellet. Vrin. vulgatam lectionem ex. m. Pall. sequitur Jan. lepidum quo exedat.

libus fecissent, uti ambo n. s. quadragena consulibus da-
rent, si essent ipsi consules facti, nisi tris Augures dedis-
sent, qui se adfuisse dicerent, cum lex Curia ferretur,
quæ lata non esset, 1 & duo consulares, qui se dicerent in
ornandis provinciis consularibus scribendo adfuisse, cum
omnino ne senatus quidem 2 fuisset. hæc pactio non ver-
bis, sed nominibus & percriptionibus, multorum tabu-
lis cum esse facta diceretur, prolata à Memmio est nomi-
nibus inductis, auctore Pompejo. hic Appius erat idem.
nihil sanè iacturæ. corruerat alter, & planè, inquam, ja-
cebat. Memmius autem, dirempta coitione invito Calvi-
no, planè retrixerat, 3 & eo magis nunc cogi *ἀνδραγα-*
tum fluere iustitio, & omnium rerum licentia. Perspice
æquitatem animi mei & ludum, & contempionem
4 Selicianæ provinciæ, & mehercule cum Casare suavissi-

mam conjunctionem (hæc enim me una ex hoc naufra-
gio *tabula* delectat) qui quidem Quintum meum, tuum-
que, dii boni ! quemadmodum tractat honore, dignitate,
gratia ? non secus, ac si ego essem imperator. hibernam
legionem eligendi optio delata commodum, ut ad me
scribit. hunc tu non amas ? quem igitur istorum ? Sed
heus tu, scripseramne tibi me esse legatum Pompejo ? &
extra urbem quidem fore ex Idibus Ianuar. ? visum est hoc
mihi ad multa quadrare. sed quid plura ? coram, opinor,
reliqua ; ut tu tamen aliquid expectes. Dionysio pluri-
mam, salutem : cui quidem ego non modò servavi, sed et-
iam ædificavi locum. quid quæris ? ad summam lætiti-
am meam quam ex tuo reditu capio, 5 magnus illius adventum
cumulus accedit. quo die ad me venies, 6 tu, si me amas,
apud me cum tuis maneat.

1. Et duo Consulares.) Vulg. & duo Consulares.

2. Fuisset.) Vulg. affuisset.

3. Et eo magis nunc cogi *ἀνδραγα-*
tum fluere iustitio, & omnium re-
rum licentia.) Locum hunc dena caligine offuscatum illustravit Bos-
sius. Tornæianus habebat, & ea magis nunc cogi *abdicatum fluere* :
Decuratus. & eo magis nunc cogi *abdicatum fluere*. Alii legunt *regi-*
stare distulatum. Iunius legit, & eo magis nunc cogi *abdicatum, sedere ju-*

sticio, &c.

4. Selicianæ provinciæ, & mehercule.) Suorum mss. scriptoram Bosius
edidit, quod etiam adnotarunt Germani in margine sui codicis : vulg.
Selicianæ provinciæ, & mehercule.

5. Magnus illius adventu.) Vulg. magnus ex illius adventu.

6. Tu, si me amas.) Antiquus liber, ut si me amas ; ex quo Faltenus, ut
si me amas, aptius putat. Vrinus, utique si me amas.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARVM
LIBER QUINTUS,
AD
ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.



Go vero & tuum in discessu vidi ani-
mum, & meo sum ipse testis : quo ma-
gis erit tibi videndum, ne quid novi de-
cernatur ; ut hoc nostrum desiderium
ne plus sit annum. De Anno Satur-
nino curasti probè. De satisfadando ve-
rò te rogo, quoad eris Romæ, tu ut
satisfades, & sunt aliquot satisfadationes secundum man-
cipium, in his & Memmianorum prædiorum, vel Ati-
lianorum. De Oppio factum est ut volui, & maximè
1 quòd DCCC. aperuisti : quæ quidem ego utique vel

versura facta solvi volo ; ne extrema exactio nostro-
rum nominum expectetur. Nunc venio ad transver-
sum illum extremæ epistolæ tuæ versiculum, in quo
me admones de sorore. quæ res se sic habet. Ut veni
2 in Arpinas, cum ad me frater venisset, in primis no-
bis sermo, isque multus, de te fuit : 3 ex quo veni ad ea,
quæ fueramus ego, & tu inter nos de sorore in Tuscula-
no locuti, nihil tam vidi mire, nihil tam placatum, quàm
tuum meum frater erat in sororem tuam ; ut etiam, si qua
fuerat 4 ex ratione sumpta offensio, 5 non appareret. il-
lo sic die, postridie ex Arpinati profecti sumus, ut in Ar-
cano Quintus maneret, dies fecit : ego Aquini, sed
prandimus in Arcano. nosti hunc fundum, quo, ut veni-
mus

1. Quod DCCC. aperuisti.) Hunc numerum auxit Vist. ex antiquo suo
codice, quum prius legeretur CCC. Germani verò pro *aperuisti*,
adprehensisti, legunt, sed nihil mutare voluit Vist. quod nullam varia-
tem in mss. invenisset.

2. In Arpinas.) Ita codicem Torn. habere dicit Lamb. vulgò *Arpi-*
nium.

3. Ex quo veni.) Vulg. ex quo venisti.

4. Ex ratione sumpta offensio.) Eandem lectionem in cunctis mss. il-
bris invenit V. & ideo nihil mutat. Germani tamen in margine scribi-
bunt, *ex ratione sumpta*, adnotarunt. Fulv. ex mss. libro qui habet *ex ratio-*
ne, conjicit fortasse legendum *ex re*.

5. Non appareret illo sic die, postridie.) Iunius ex duobus mss. Pa-
latin. aliter & legit & distinguit, nempe, *non appareret illi, sic postri-*
die, &c.

Ego